

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De locis ac mirabilibus mundi, mit Register

[Nürnberg], 1486

Ca XVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-129620](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129620)

plurimi veterum sollerti studio indagauerunt nota de sunt. Britannia oceani insula interfulso mari toto orbe diffusa vocabulo sue gentis cognominata est. Hec aduersa galliarum parte ad prospectum hyspanie sita est: Circuitus eius quadragies octies quadragintaquinque milia milia & magna flumina: in ea fontes calidi: & metalloꝝ larga & varia copia: gagates lapis ibi plurimus & margarite. Thabathos insula oceani freto gallico a brittania est vario tenuiq; se pata: frumentariis campis & gleba vberi. Dicta est aut thabathos a morte serpentum quos dum ipsa nesciat apportata inde terra quacunq; gentium vecta sit angues ilico pimit. Tile vltima est oceani inter septentrionalem & occidentalem plagam vltra brittania: a sole nomen habens: quia in ea estiuu solsticiu; sol facit: & cotinu in ea solstitiali tpe dies: brumaliq; nox phennis exigite: vltra q; nauigatione vnus die ei pigrum & concretu est mare. Solinus. Tilius in die insula est: & fert palmas: oleum creat: vineis abundat. Terras omnes hoc miraculo solavincit q; quecuq; in ea nascit arbor nunq; caret folio. Ibi mos calus qui maximam orbis partem perpetuis iugis penetrat. Fronti qua soli obuersus est arbores piperis ostentat q; ad iuniperi similitudinem diuersi fructu edere alleuerant q; pene immaturi excut dicit piper longu. quod incorruptu est pip albu. Quosq; cute rugo sam & torrida calor fecerit nome trahit de colore. Isidorus. Orcades insule oceani intra brittania positu numero. xxxiii. quas. xx. deserte sunt. xiii. colunt. Scotia eadem & hybernia: proxima brittanie insula: spacio terrarum angustior: sed situ secundior. hec ab affrico in boream porrigit: cuius partes priores in hiberniam & cantabricu oceanu intendunt: vnde & hibernia dicta est. Scotia aut a scotoꝝ gentibus creditur appellata. Illic nullus anguis: auis rara. apis nulla: adeo vt aduectos inde pulueres vel lapillos si quis alibi sparserit inter aluearia: examina fauos deserat. Gaddis insula est in fine betice. puincia sita que dirimit europam ab affrica. in qua berculis colunt visunt & vnde tyreni maris faucibus estus immittit. Est aut a contineti terra. cxx. passibus diuisa qua tyri a rubro mari. pfecti occupantes lingua sua gaddis. i. septem nomiauerunt: p eo q; circumscripta sit mari. Nascit in ea arbor similis palme: cuius gummi infectu vitru ceraunium gemma reddit.

Iterum de eodem. CA XVII

In fortunata insule hoc suo vocabulo significant omnia ferre bona quasi felices & beate fructuum vbertate. Sua enim apte natura preciosarum poma siluarum parturiunt fortuitis vitibus iuga collium vestiunt. ad herbarum vicem melis & olus vulgo est. vnde gentiliu error & secularium carmina poetarum: ppter soli fecunditate eadem esse paradisu putauerunt: harum prima apofitus dicitur: secunda luniona: tertia pluitina: quarta casperia. Alia veneria que aere nubiloso & concreto est. Mox canaria: canibus immense magnitudis

plena: omnes autibus plene: nemorose palmifere: nucce pine: mellis copia: animalibusq; siluestribus & piscibus abundantes. Site sunt autem in oceano contra leua; maritanie inter meridiem occasuq; ociduo proxime: & inter se interiecto mari discrete. Gorgonides insule sunt oceani obuerse promontorio quod vocatur hesperius quas incoluerunt gorgonis femine: aliti. id est celeri pernicitate: birluto et aspero corpore: & ex his insule cognominate: distant autem a contineti terra bidui nauigatione. Esperidum insule vocare sunt a ciuitate hesperida: que fuit in fine mauritanie. Sunt enim vltra gorgonides site ad atblantheum littus: in intimis maris sinibus: in quarum hortis fingunt fabule draconem puigilem aurea mala seruantem. Fertur enim ibi esse maris varium. alias estuarium: adeo sinuosus lateribus tortuosum vt visentibus pcul: lapsus angueos imitetur. Crise & argire sunt. insule in indico oceano site: adeo secunde copia metallorum vt pleriq; eas auream superficiem & argenteam habere prodiderunt: vnde & vocabulu; sortite sunt. Thaprobana insula est indie subiacens ad Eurum: ex qua oceanus indicus incipit: patens in longitudine octingentis septuagintaquinque milibus passuum: in latitudine sexingentis viginti quinque milibus stadiorum. Scinditur amne interfluo tota margaritis repleta & gemmis: pars eius bestis & elephantis repleta est: partem vero homines tenent. Homines autem ibi maiores vltra omnium mensuraz: rutilis comis: ceruleis oculis: acutioris soni. Nullo lingue commercio alteri generi sociantur. Cu negociatoribus aliis in ripa fluminis merces opponunt ac vix complacitas mutuant. Etas illi vltra humanam fragilitatem proluxa est: vt immature pereat: qui centenarij morit. Nulli per diem somnus: annuo eodem semper tenore: edificia humilia paruaq;: vitem nesciunt: redundant pomis: culturas & venatus amant: vident licet tigridim & elephantorum. Piscationibus delectantur: presertimq; testudinum: quarum superficie domus familiarum capaces operiunt. In hac insula dicit in vno ano duas esse estates & duas biemes & bis floribus vernare locum. Tile est insula indie virens omni temponre foliis. Hucusq; oceani insule De insulis maris magni. scilicet mediterranei.

CA XVIII

Item sunt alie insule: q; ab ellepoto vsq; ad gades in mari magno sunt constitute. Cyprus insula a ciuitate cypro que in ea est nome accepit. Ipsa est & paphon veneri consecrata in carpatio mari vicina austro. famosa quondam diuitiis & maxime cris: ibi enim prima inuentio huius metalli fuit & vtilitas. Creta insula grece ps est inges contra peloponnesem: dicta a crete quoda indigena: que aut vnu cretaru fuisse a quibus iupiter ibi absconditus est & enutritus. Est aut insula grece inter ortu solis & occasu; longissimo tractu porrecta: a septentrione grece estibus. Ab austro egyptus vndis

A v

psusa. Fuit aut quodam centum urbibus nobilis: unde & hec centopolis dicta est prima: & remis & sagittis claruit: prima legis iura finxit: equestres turmas prima docuit. Studium musicum ab ydeis dactylis in ea inceptum est. Capris copiosa: cervis eget: lupos & vulpes aliaque ferae: noxia nusquam gignit. Serpens nulla ibi: nulla noctua: & si inuebat statim moritur. Larva est aut vitibus & arboribus. Diptannus herba in creta nascitur & alimosa: quae morsu diuturna fame perbibet. Sfalagos aut venenatos gignit & lapidem qui ydeus dactylus dicitur. Abidos insula est in Europa super ellesponto posita: angusto & periculoso mari sepe perata: & ab ydos grece dicta quae sit introitus ellesponti maris: in quo xerxes pontem ex navibus fecit & in greciam transiit. Choos insula est adiacens puinciae atticae in qua yprocrates medicus natus est: quae ut Varro testis est arte lanificii prima in ornamentum feminarum inclaruit. De Cycladibus.

CA. De Cycladibus.

XIX

Cyclades grece quondam insulas inde autem dicuntur: quae licet spaciis longioribus a delo pice in orbem: tamen circa delum sitae sunt: nam orbem eidem greci loquuntur. Quidam vero non quodam in orbem digeste sed propter scopulos qui circa easdem sunt dictas cyclades putant. Ne in ellesponto inter egeum & maleum mare constituta: circumdantur etiam myrtheo pelago. Sunt autem omnes numero .liiii. tendentes a septentrione in meridiem per milia quingenta: ab oriente in occasum per milia ducenta. Metropolis earum rhodus. Delos est insula in medio cycladum sita & dicta a delos ferre: quae post diluuium quod ogigi tempore nota est cum orbem multis mensibus continua nox in umbrasisset: ante omnes terras radiis solis illuminata est. fortitaque ex eo nomine: quod prima visibus manifesta fuisset. Nam delum greci manifestum dicunt: ipsa est & ortigia eo quod ibi primum visae sunt cornices aues quas greci ortigias vocant. In hac insula latona enixa est: appolline & dyanam: delos autem & ciuitas & insula dicitur. Rhodus cycladum prima est ab oriente in qua rose capitoliu dicitur esse inuentum: dum ibi ciuitas condere: ex quo & urbs & insula rhodus est appellata. In hac urbe solis colossus fuit ereus: septuaginta cubito: altitudine. Fuerunt & alii centum numero in eadem insula colossi minores. Ferre autem quondam hec insula adeo magno terremotu concussa fuisse: ut labentibus in illis tectis: ingens quoque ille colossus rueret. Thenedos una ex cycladibus ad septentrionem sita in qua olim ciuitas athenae quondam condita est. Vnde nomen urbis illius vel potius insulae fuit. Nam thenes ille infamatus: quod cum nouerca sua concubisset: fugiens in hanc insulam vacuam cultoribus obtinuit: unde & thenedos insula dicta est. Sic cicero inquit. Thene ipsum cuius ex nomine thenedos nominatur. Naxos insula cycladum a Dyonisio dicta quasi dyanaxon quod fertilitate vitium vincat ceteras. Est autem a delo per decem & octo milia passuum sepeata ex qua olim iouis ferre aduersus titanam fuisse profectus. Melos ex

numero cycladum una omnium insularum rotundissima: unde & nuncupata. Carpatos est una ex cycladibus a meridie posita contra egyptum quae Carpatium mare est appellatum: vocata propter celerem fructuum maturitatem: est enim inter egyptum & rhodum. Ex hac insula ducuntur & carpasie naues magne & spaciose Cytherea una est ex cycladibus a parte occidua vocata: quae ibi sita Venus orta cuius antea porfiris nomen fuit. Icaria est una de cycladibus: quae icarico mari nomen dedit. Hec inter samum & miconium procurtibus faxis inhospitalis est: & nullis sinibus portuosa. Dicitur autem ycarum cretensem ibi naufragio interisse: & de exitu hois impositum nomen loco.

De ceteris insulis magni maris.

CA.

XX

Historia dicit ex iasone natum fuisse philomeum & plutum: ex philomeo parente genitum: qui de suo nomine paron insulam & oppidum appellauit: prius autem minoia: deinde Paros est dicta: De qua virgilius. Niueumque paron. Gignit enim marmor candidissimum: quod parium dicitur. Mittitque sardem lapidem: marmoribus quidem praestantioribus: sed inter gemmas vilissimum. Chyon insula syra: Syri enim masticem chyon vocant. Samo insula est in mari egeo: ubi nata est Iuno: ex qua fuit sibilla samia: Pythagoras samius: a quo philosophiae nomen inuentum est. In hac insula repta prius scitilia vasa traduntur: unde & vasa samia appellata sunt. Sicilia a sycano rege sycania dicta est: deinde a Siculo fratre sicilia. ytalii prius autem trinacria dicta propter tria acra: id est promontoria: pelos: pachinum: libeum: hec ab ytaliam exiguo freto discreta affricum mare prospectans: terris frugifera: auro abundans: cauernis tamen & fistulis penetrabilis: ventisque & sulphure plena. Unde & ibi etiam montis extant incendia: in cuius freto scilla est & caribdis: quibus nauigia aut absorbentur aut colliduntur. Fuit autem quondam propria patria cycloperum: & postea nutritrix tyrranorum: frugum fertilis ac primum terris omnibus communis seminibus aratro percussa. Principem urbium syracusas habet & fontem aretulam: & alpheum fluium magnorum generatorem equorum. In ea insula primum est inuenta comedia: aebatem lapidem ipsa primum ex aebate flumine protulit. Parturit & mare eius corallum. gignit & sales agrigentinos: in igne solubiles: crepitantes in aquis. Omnis ambitus eius claudis stadiorum trium milium. Salustius autem dicit ytaliam coniunctam siciliam fuisse: sed medium spacium impetu maris diuisum & per angustiam scissum Tapsum insula stadiis decem a sicilia remota iacet & planior unde & nuncupata: de qua Virgilius. Tapsumque iacentem. Eolie insulae siciliae appellatae sunt ab eolo ypote filio quem poete finxerunt regem fuisse ventorum. Sed ut Varro dicit: rector fuit istarum insularum: Et quoniam ex earum nebulis & fumo: ipse futuros dicebat flatus ventorum ab imperito populo visus est ventos sua potestate retinere.